

+

BOLETIN OFICIAL ECLESIASTICO

del

OBISPADO DE MALLORCA.

PARTE OFICIAL.

Carta de nuestro Santísimo Padre el Papa Pio IX á nuestro Excmo. é Ilmo. Prelado en contestacion á la que este le habia dirigido con fecha 13 de julio último.

TEXTO.

*Venerabili Fratri Michaeli
Episcopo Majoricensi. =
Palmam Balearium.*

TRADUCCION.

A nuestro venerable hermano
Miguel, Obispo de Mallorca.
=Palma en las Baleares.

PIUS PP. IX.

*Venerabilis Frater salutem et
et Apostolicam Benedictionem.
Quod hostes catholici nominis
de Nobis et Apostolica Sede
malum cogitarunt, Deus pro sa-
pientia et bonitate sua conver-
tit illud in bonum. Cum enim
ad evertendum dissolvendumque
mysticum Ecclesiae aedificium
nihil aptius et commodius putas-
sent, quam ut temporalem prin-
cipatum Romanae Sedis et
Nostrum violenter impugnarent,
ex hoc effectum est, ut, arctius*

PIO IX PAPA.

Venerable hermano, salud
y bendicion apostólica. El mal
que los enemigos del nombre
católico maquinaron contra
Nos y la Sede apostólica, se-
gun la sabiduría y bondad de
Dios ha sido convertido en
bien, pues cuando creian que
combatir violentamente la so-
beranía temporal de la Sede
Romana y nuestra era lo mas
oportuno y espedito para des-
truir y aventar el edificio
místico de la Iglesia, ha resul-

*inter se coalescentibus circa Pe-
tri Cathedram Ecclesiae Pasto-
ribus, firmitus ac validius divi-
num illud aedificium consiste-
ret. Huc quamplurimum contu-
lit Venerabilium Fratrum, qui
Urbe praesentes affuerunt so-
lemnibus Pentecostes diebus,
studium et consensio; sed non
minus profuit conduxitque coe-
terorum absentium aemulatio,
qui certatim accedere et suffra-
gari Fratrum sententiae studue-
runt. Quapropter literae Tuae
jucundissimae nedum pretium et
effectus habent officii singularis
(quod pergratum alioquin no-
bis fuisset), sed majus aliquid
et gravius praestant, una cum
aliorum Episcoporum voce et
scriptis conjunctae et consocia-
tae. Proinde zelo et obsequio
Tuo mutuam Pontificiae chari-
tatis vicem rependimus, et Apos-
tolicam Benedictionem, quam
flagitas, Tibi, Venerabilis Fra-
ter, necnon Clero, ac fidelibus
solicitudini muneris Tui con-
creditis peramanter impertimur.*

*Datum Romae apud S. Pe-
trum die 27 augusti 1862.==
Pontificatus Nostri Anno XVII.
—Pius PP. IX.*

tado que uniéndose unos á
otros con mas estrechos lazos
los pastores de la Iglesia al re-
dedor de la cátedra de Pedro,
aquel edificio se ha mantenido
mas sólido y pujante. A esto
muy especialmente han con-
tribuido el afan y la unidad de
pensamiento de los venerables
hermanos que estuvieron en
esta ciudad los dias solemnes
de Pentecostes; y no menos
aprovechó y condujo al mismo
fin la emulacion de los ausen-
tes que á porfía se adhirieron
y han suscrito á la manifesta-
cion de sus hermanos. Con tal
motivo tu muy grata carta tiene
no solamente el valor y el ca-
rácter de un obsequio particu-
lar (lo cual siempre nos habria
sido grato) sino que en union
y en armonía con la voz y los
escritos de los demas Obispos
tiene mayor y mas importante
precio. Por esto correspondemos
con nuestro amor de Pon-
tífice á tu celo y obsequio, y
con todo nuestro cariño, vene-
rable hermano, te damos á tí,
á tu clero y á los fieles enco-
mendados á la solicitud de tu
ministerio, la bendicion apos-
tólica que tanto deseas.

Dada en S. Pedro de Roma
el dia 27 de agosto de 1862,
año XVII de nuestro pontifica-
do.—Pio IX Papa.

Por conducto del Ministerio de Gracia y Justicia ha recibido nuestro Excmo. é Ilmo. Prelado la siguiente circular.

«MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA.

Negociado 1.º=Circular.=Excmo. Sr.=La Reina (Q. D. G.), queriendo dar un testimonio inequívoco de su piadoso celo y tierna devoción á la Santísima Virgen María, ha obtenido de la Santa Sede la gracia de que en el domingo tercero *post Pentecosten* ó en el infraoctavo de la Asuncion, se celebre la fiesta del Purísimo Corazon de la Madre de Dios, por todo el clero secular y regular, incluidas las monjas, de los dominios españoles, con rito doble mayor y misa propia, rezándose el Oficio aprobado por S. S. en 21 de julio de 1851, con lo demás que resulta del Breve de concesion. Y á fin de que tenga cumplido efecto la voluntad de S. M., y á los demás que correspondan, remito á V. E. de su Real orden, un ejemplar autorizado de los referidos Breve y Oficio, cuyo recibo se servirá V. E. acusar.

Dios guarde á V. E. muchos años. San Ildefonso 31 de julio de 1862.=Fernandez Negrete.=Sr. Obispo de Mallorca.

REGNI HISPANIARUM.

Serenissima Regina Catholica Elisabeth II. æmulatura pia studia illorum ex Regibus Hispaniæ, qui Beatissimam Virginem Mariam tenerrimo filiali affectu venerantes, Illius cultum in dies magis promoveri inter gentes sibi subditas concupiverunt, ut Deiparæ patrocinio, novo obsequio implorato, felicius Sui Status res singulæ procedant, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam IX. suppliciter exoravit, ut de Apostolica Benignitate in omnibus Ditionibus Hispaniæ amodò recolere valeat de præcepto Festum Purissimi Cordis Deiparæ Dominicâ

tertiá post Pentecosten, vel Dominica post octavam Assumptionis, cum Officio et Missa propriis a Sancta Sede aprobatis die 24 Julii anni 1851. Hæc porro tam fervida vota Sanctitas Sua peramanter excipiens, annuere dignata est ut in omnibus Dominiis Serenissimæ Reginæ Catholicæ a Clero Sæculari et Regulari, nec non a Sanctimonialibus cujuscumque Instituti, alterutra ex enunciatis Dominicis, ritu duplici majori persolvatur Officium proprium cum Missa Purissimi Cordis Beatæ Mariæ Vrginis; ac insuper indulset, ut hoc Festum transferri valeat cum officio et Missa ad primam sequentem diem liberam, quibus annis juxta Decreta in propria sede locum habere nequit, dummodò Rubricæ servantur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 26 Junii 1862.

*C. Episcopus Portuen. et S. Rufinæ Cardinalis Patri-
zi, S. R. C. Præfectus.=(Hay un sello.)=D. Bartoli-
ni, S. R. C. Secretarius.*

Hay un sello del Ministerio de Gracia y Justicia.

He aquí ahora el rezo del Purísimo Corazon de Ma-
ría aprobado por Su Santidad. La Misa se publicará,
Dios mediante, en el n.º próximo.

IN FESTO
PURISSIMI CORDIS B. MARIAE V.

DUPLEX MAJUS

OFFICIUM ET MISSA APPROBAT. A S. R. C.

Die 21 julii 1855.

AD VESPERAS.

Antiph. et Cap. de Laudibus. Psalmi ut in Officio Parvo. Hymnus.—Ave Maris Stella.

†. Exulta in omni corde, filia Jerusalem:
Rl. Rex Israel Dominus in medio tui.

Ad Magnif. Ant. Exultavit cor meum
in Domino, et exaltatum est cornu meum
in Deo meo, quia laetata sum in salutari tuo.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in
Corde Beatae Mariae Virginis dignum Spi-
ritus Sancti habitaculum praeparasti, con-
cede propitius ut ejusdem Purissimi Cordis
festivitatem devota mente recolentes, se-
cundum Cor tuum vivere valeamus. Per
Dominum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Ave Maria gratia plena * Domi-
nus tecum.

Psalmus. Venite exullemus Domino.

Hymnus. Quem terra, pontus, sidera etc.

IN I. NOCTURNO.

Ant. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

Psalmi ut in Officio parvo B. Mariae.

Ant. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Ant. Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

V. Anima mea liquefacta est:

R. Ut locutus est dilectus.

De Canticis Canticorum.

Lectio I. Cap. 4.

Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es! oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genae tuae, absque eo quod intrinsecus latet. Sicut turris David collum tuum, quae aedificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Vulnerasti cor meum, Soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, in uno crine colli tui. Favus distillans labia tua Sponsa, mel et lac sub lingua tua. Hortus conclusus, fons signatus. Tu autem

^{R.} Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua: laetetur cor meum. Ut timeat nomen tuum.

^{℣.} Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Ut timeat.

Lectio II. Cap. 5.

Veni in hortum meum Soror mea Sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi favum cum melle meo. Vox dilecti mei pulsan- tis: aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, et cincinnati mei guttis noctium. Surrexi ut aperirem dilecto meo, manus meae stillaverunt mirrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima. Aperui dilecto meo, at ille declinaverat atque transierat. Anima mea liquefacta est, ut locutus est. Tu autem.

^{R.} In Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo: Deus Dominus fortitudo mea * Super excelsa deducet me.

^{℣.} Laeva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Super.

Lectio III. Cap. 5 et 6.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum: qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos? Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus, totus desiderabilis. Talis

est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filiae Jerusalem. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum? Quo declinavit dilectus tuus? et quaeremus eum tecum. Pulchra es amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitrici suae. Viderunt eam filiae, et beatissimam praedicaverunt, et Reginae laudaverunt eam. Tu autem.

R. Inveni gratiam apud oculos tuos, Domine mi. * Qui consolatus es me, et locutus es ad cor ancillae tuae.

Y. In toto corde meo exquisivi te, ne repellas me a mandatis tuis. Qui consolatus. Gloria Patri. Qui consolatus.

IN IL NOCTURNO.

Ant. Beata, quae credidisti, quoniam perficientur ea, quae dicta sunt tibi a Domino.

Ant. Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus.

Ant. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

Y. Fortis est ut mors dilectio.

R. Dura sicut infernus aemulatio.

Sermo Sancti Bernardini Senensis.

*Ex Serm. 9. de Visitatione.**Lectio IV.*

Quis mortalium, nisi divino fretus oraculo, de vera Dei et hominis Genitrice quidquam modicum, sive grande praesumat pollutis labiis nominare: quam Pater ante saecula Deus perpetuam praedestinavit in Virginem dignissimam: Filius elegit in Matrem: Spiritus Sanctus omnis gratiae domicilium praeparavit? Quibus verbis ego homunculus sensus altissimos Virginei Cordis, sanctissimo ore prolatus efferam; quibus non sufficit lingua omnium hominum, et etiam angelorum? Dominus enim ait: bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Quis autem inter puros homines melior homo potest excogitari, quam illa, quae meruit effici Mater Dei, quae in Corde et in utero suo ipsum Deum hospitata est? Quis thesaurus melior, quam ipse divinus amor, quo Cor Virginis ardens erat? Tu autem.

R. Ego diligentes me diligo, et qui mane vigilant ad me, invenient me. Mecum sunt divitiae et gloria: * Opes superbae et justitia.

†. Ut ditem diligentes me et thesauros eorum repleam. Opes.

Lectio V.

De hoc igitur Corde quasi fornace divini ardoris Virgo Beata protulit verba bo-

na, id est verba ardentissimae charitatis. Sicut enim a vase optimo vino pleno non potest exire nisi optimum vinum: aut sicut a fornace summi ardoris non egreditur nisi incendium fervens; sic de Corde Matris Christi exire non potuit verbum, nisi summi, summeque divini amoris atque ardoris. Septem verba tantum mirae sententiae et virtutis à Christi benedictissima Matre leguntur dicta. Cum Angelo bis tantum locuta est. Cum Elisabeth, bis etiam. Cum Filio etiam bis. Cum ministris in nuptiis semel. Haec septem verba, secundum septem amoris actus, sub miro gradu et ordine prolata, quasi sunt septem flammae Cordis ejus. Tu autem.

n). Ego Mater pulchrae dilectionis, et timoris, et agnitionis et sanctae spei. In me gratia omnis viae et veritatis.* In me omnis spes vitae et virtutis.

✠. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini. In me omnis spes.

Lectio VI.

Quae verba considerans mens devota, cum ipso Propheta ait: Quam dulcia faucibus meis, id est omnibus affectionibus eloquia tua! Porro dulcedo haec, quam in verbis Beatae Virginis devota mens sentit, est ardor piae devotionis, quam in eis anima experimentaliter probat. Distinguamus igi-

tur per ordinem has septem flammās amoris, verborum Virginis benedictae. Prima est flamma amoris separantis. Secunda amoris transformantis. Tertia amoris communicantis. Quarta amoris jubilantis. Quinta amoris soporantis. Sexta amoris compatiētis. Septima amoris consummantis. Tu autem.

R. Beatus homo, qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino.

R. Qui autem in me peccaverit, laedet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Qui me.

Gloria Patri Qui me.

IN III. NOCTURNO.

Ant. Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?

Ant. Misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.

Ant. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae.

V. Ego dilecto meo.

R. Et ad me conversio ejus.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio VII. Cap 2.

In illo tempore: dixit Mater Jesu ad

illum; Fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. Et reliqua.

De Homilia Ven. Bedae Presbyteri.

*In Homil. Hyem. de Temp. Dom. I.
post Epiph.*

Mater ejus, inquit Evangelista, conservabat omnia verba haec in Corde suo. Omnia quae de Domino vel a Domino dicta, sive acta cognoverat Mater Virgo, diligentius in Corde retinebat, solícite cuncta memoriae commendabat, ut cum demum tempus praedicandae, sive scribendae Incarnationis ejus adveniret, sufficienter universa, prout essent gesta, posset explicare quaerentibus. Imitemur et nos, Fratres mei piam Domini Matrem, ipsi quoque omnia verba et facta Domini ac Salvatoris nostri fixa in corde conservando. Tu autem.

¶. Aquae multae non potuerunt extinguere charitatem: * Neque flumina obruent eam.

¶. Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Neque.

Lectio VIII.

Horum Domini verborum et actorum meditatione diurna et nocturna importunos inanium nocentiumque cogitationum repellamus incursus: horum crebra collatio-

ne et nos et proximos nostros a fabulis supervacuis, et male dulcoratis detractio-
num colloquiis castigare, atque ad divinae
frequentiam laudis accendere curemus. *
Si enim fratres carissimi, in futuri beati-
tudine saeculi habitare in domo Domini,
ac perpetuo illum laudare desideramus,
oportet nimirum et in hoc saeculo, quod
in futuro quaeramus, sollicite praemons-
tremus: frequentando videlicet Ecclesiae
limina, et non solum in ea laudes Domini
canendo, sed et in omni loco dominationis
ejus ea, quae ad laudem gloriamque condi-
toris nostri proficiant, verbis pariter ac
factis ostendendo. Tu autem.

R. Spiritus meus super mel dulcis, et
haereditas mea super mel et favum. Qui au-
dit me non confundetur. * Et qui operantur
in me non peccabunt.

ψ. Qui elucidant me vitam aeternam ha-
bebunt. Et qui.

Gloria Patri. Et qui.

Lectio IX.

*De Homilia Dominicae occurrentis, sed si
extra Dominicam agi de hoc Festo contin-
gat, tunc Lectio IX incipiet ab asterisco
posito supra Lectione VIII.*

Te Deum laudamus.

AD LAUDES ET PER HORAS.

Ant. Trahe me post te curremus in odorem unguentorum tuorum.

Psalmus. Dominus regnavit=*cum reliquis de Dominica.*

Ant. Dilectus meus loquitur mihi: surge, propera, amica mea.

Ant. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.

Ant. Adjuro vos, filiae Jerusalem, ne suscitetis dilectam quoadusque ipsa velit.

Ant. Ego dormio, et cor meum vigilat.

Capitulum. Cant. C. 8.

Pone me ut signaculum super Cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus aemulatio. Lampades ejus lampades ignis, atque flammaram.

HYMNUS.

O gloriosa Virginum.....

℣. Qui me invenerit inveniet vitam:

℣. Et hauriet salutem a Domino.

Ad Benedictus. Ant. Extollens vocem quaedam mulier de turba dixit illi: beatus venter qui te portavit et ubera quae suxisti.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Corde Beatae Mariae Virginis dignum Spi-

ritus Sancti habitaculum praeparasti, concede propitius ut ejusdem purissimi Cordis festivitatem devota mente recolentes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum.

AD PRIMAM.

Rj. *Breve.* Christe Fili Dei vivi.

Ÿ. Qui natus es de Maria Virgine. *Ad Absolutionem Capituli lectio brevis.* In omni terra, *ut infra ad Nonam.*

AD TERTIAM.

Ant. Dilectus meus.

Cap. Pone me ut signaculum.

Rj. *br.* Anima mea *Liquefacta est. Anima.

Ÿ. Ut locutus est dilectus. Liquefacta est.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Anima mea.

Ÿ. Fortis est ut mors dilectio.

Rj. Dura sicut infernus aemulatio.

AD SEXTAM.

Ant. Fulcite.

Cap. *Eccli.* 24.

Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam, ego feci in coelis, ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nebula texi omnem terram.

Rj. *br.* Fortis est *Ut mors dilectio. Fortis.

Ÿ. Dura sicut infernus aemulatio. Ut mors.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Fortis est.

R. Ego dilecto meo.

V. Et ad me conversio ejus.

AD NONAM.

Ant. Ego dormio.

Cap. Eccl. 24.

In omni terra steti, et in omni populo,
et in omnibus requiem quaesivi, et in haereditate Domini morabor.

R. *br.* Ego *Dilecto meo. Ego.

V. Et ad me conversio ejus. Dilecto meo.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Ego dilecto meo.

V. Qui me invenerit inveniet vitam.

R. Et hauriet salutem a Domino.

IN SECUNDIS VESPERIS.

Omnia ut in primis.

V. Viam mandatorum tuorum cucurri.

R. Cum dilatasti Cor meum.

Ad Magnificat. Antif. Exultavit Cor
meum in Deo salutari meo: quia fecit mihi
magna qui potens est.

PALMA DE MALLORCA.

Imprenta de la V. de Villalonga.